



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. I. Quid sit legatum, & an res aliena legati possit?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

partem honorum illius, cui succeditur, ita ut quoad originem quidem sit juris naturæ legitima, succedens in locum alimentorum, quoad quotam verò sit juris Civilis, æqualiter inter eos, quibus legitima debetur, dividenda.

Præter hanc legitimam alia insuper portio est, quæ ex fideicommissaria hæreditate deduci potest, & vocatur Trebellianica, introducta scilicet ex Senatus Consulto Trebelliano, Trebellio Maximo, & Anneo Seneca Consulibus; ut enim Testatoris voluntati, & hæredibus taliter fidei commissio universali gravatis consulere, permittunt jura, ut hæres Fiduciarius taliter gravatus, quartam partem de hæreditate sic gravata, & restituenda detrahere possit, & sibi retinere, ita ut hanc quartam partem, hæres fiduciarius detrahere etiam possit, si gravatus sit à testatore, causæ piæ hæreditatem restituere, in favorem scilicet piæ causæ, hanc detractionem permittente jure, ut ne scilicet, aut fideicommissum pereat piæ causæ, si hæres gravatus noluit adire hæreditatem, aut litigare cum suo incommodo multum debeat piæ causa, ut per Judicem cogatur hæres fiduciarius, adire hæreditatem. Utrum autem filius gravatus taliter, causæ piæ hæreditatem restituere, duas possit portiones, legitimam scilicet, & Trebellianicam deducere, multum inter se litigant Civilistæ, & Canonistæ. Sententia Canonistarum, quæ permittit duplicem hanc detractionem, probabilior videtur, ob claros textus SS. Canonum, præsertim in *Cap. Raynaldus 18. h. t.* certè cuius alteri creditori, si debitum aliud quod à Testatore petendum habeat; &

*Compend. Pirking.*

tamen etiam simul hæres institutas ab illo sit, cum onere restituendæ hæreditatis piæ causæ, duplex detraçtio conceditur, debiti scilicet sui, & Trebellianicæ, cur ergo non etiam filio gravato ad restituendam piæ causæ hæreditatem, duplex hæc detraçtio permittatur, quarum prima jure naturæ debita est, altera à jure positivo conceditur.

#### SECTIO IV.

### De legatis & fidei commissis particularibus.

#### §. I.

#### Quid sit legatum, & an res aliena legari possit?

**L**egatum propriè dictum, & prout idem dicitur actum legandi, benè definitur à jure, *Quod sit donatio quædam* (rei scilicet alicujus particularis merè liberalis datio, nullum onus ex vi communis juris annexum habens) *à defuncto relicta, & ordinariè ab hærede præstanda.*

Legari etiam potest res aliena, quæ omninò ad extraneum pertinet, & sciat testator rem esse eam alienam, quia ut sic censetur gravare hæredem, ut rem illam alienam justo pretio sibi comparet, & det legatario; vel si hoc à rei talis domino, obtinere non possit, eò quòd rem suam vendere non velit, aut saltem immodicum pro ea pretium exigat, justam illius æstimationem, pro judicis arbitrio, legatario solvat, ut scilicet effectum suum, optimo, quo potest modo, sortiatur testamentum, modò res legata sit

Yyy

lit

fit in Commercio hominum : debet autem ad hoc obtinendum, legatarius probare, quod sciverit testator rem legatam esse alienam, si enim ignoravit hoc testator, nullum est rei alienæ talis legatum, nisi legatum tale factum fuisset personæ conjunctæ, cum in favorem talis personarum, & testatoris, præsumatur in tali casu scientia. Neque contra hanc assertionem quicquam probat *cap. filius §. h. i.* cum in illo capitulo tantum sit sermo de casu speciali, quo res unius Ecclesiæ legatæ sunt alteri, cum tamen prohibita sit talis alienatio, & quod filijs de legitimâ suâ satis ob hoc legatum consultum non fuit.

## §. II.

*An legata possent relinqui nudis verbis sine scriptura, & heredis institutione, & quomodo præstanda sint legata incerta?*

Quod legata non tantum ad piam causam, sed etiam ad profanam causam nudis verbis, sine heredis institutione fieri possint, probat *cap. indicante 4. h. i.* & quod in tali casu merito præsumi possit, voluisse legantem taliter intestatum quidem decedere, hæredem tamen suum ab intestato succedentem gravare, ut talia nuncupativè facta legata præstet. Imò probabilius est, quod legata ad pias causas in testamento, non pendeant à valore testamenti, sed nihil minus præstanda sint, etiamsi nullum sit testamentum, ob defectum solemnisationis, aut ex alio capite irritetur, cum ad valorem talis legati plus non requi-

ratur, quam de jure gentium, & necesse requiratur ad validam donationem.

Quod si verò legatum relictum sit loco, aut personæ incertæ, eò quod plures ejusdem nominis reperiantur, neque ex conjecturis, aut alijs circumstantijs, pro certa personâ, aut loco colligi aliquid possit, si legatum profusum prophanum sit, corrumpit de jure Civili, vel vendas multas lites; si verò sit ad causam piam, valet quidem, ita tamen, si ex alijs circumstantijs colligi debeat, cuiusnam Ecclesiæ v. g. debeat, vel in electione Episcopi sit, legatum non applicare Ecclesiæ, cui voluerit, vel de videri debet inter Ecclesias ejusdem nominis.

## §. III.

*Quid sit Falcidia, quomodo detrahenda, & quando detrahi non possit?*

UT occurreret querelis hæredum ob nimiam legatorum copiam, & exiguum hæreditatis lucrum, concitata est illis, ut si legata excedant tres uncias, sive tres partes bonorum hæreditatis, detrahere possit de legatis tribus fidei commissis particularibus, & donationibus etiam mortis causâ factis, quæ tam partem, inspectâ quantitate hæreditatis, qualis est mortis tempore, & omni prius ære alieno, ac legatis, in quibus Falcidia locum non habet, & impensis funerum deductis (quæ portio communiter vocatur Falcidia, eò quod detrahi possit vi plebi sciti à tribuno plebis (Cato Falcidio lati) si aditâ hæreditate in hereditarium fecit, & legata solvere paratus sit.